si mundus uos odit scitote quia me priorem uobis odio
habuit; Si de mundo fuissetis mundus quod suum erat
diligeret; quia uero de mundo non estis sed ego elegi
uos de mundo propterea odit uos mundus; Memen
tote sermones mei quem ego dixi uobis non est seruus
maior domino suo; Si me persecuti sunt & uos persequen
tur; si sermone meū seruauerunt & urm̄ seruabunt
Sed hec omnia facient uobis propter nomen meum
Quia nesciunt eum qui misit me; Si non uenissem &
locutus fuissem eis peccatum non haberent Nunc
autem excusatione nō habent de peccato suo; Qui
me odit & patrem meū odit; Si opera non fecissem in
eis quae nemo alius fecit peccatum non haberent
Nunc autem & uiderunt & oderunt & me & patrē
meum; Sed ut impleatur sermo qui in lege eorum scrip
tus ē quia odio habuerunt me gratis; Cum autem
uenerit paraclitus quem ego mittam uobis a patre
spm̄ ueritatis qui a patre procedit ille testimoni
um perhibebit de me; Et uos testimoniū phibetis
quia ab initio mecum estis; haec locutus sum uobis
ut non scandalizemini absque synagogis facient
uos; Sed uenit hora ut omnis qui interficit uos
arbitretur obsequiū se prestare dō; Et haec facient
uobis quia non nouerunt patrem neque me; Sed
hec locutus sum uobis ut cum uenerit hora eorū
reminiscamini quia ego dixi uobis; haec autē uob
ab initio non dixi quia uobiscum eram; At nunc
uado ad eū qui me misit & nemo ex uobis interro
gat me quo uadis sed quia haec locutus sum uob
tristitia impleuit cor urm̄; Sed ego ueritatem